



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxxiiii. Ad pituitam occultam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

mam horam, ipsumque pascito carne qualibet.

Ad pituitam occultam.

CVM caput intumescit, & frequenter oscitatur, & lente reddit excrementa, scito illum pituita latenti laborare. ita curabis. Seminis agrestis, rutæ scrupulum, piperis, pyrethri, singulorum scrupulum, pediculariæ grana viginti, folij, costi, singulos scrupulos. vnà contundito, palatum ipsius fricato.

Ad pituitam spiritum elidentem.

ACCIPITREM, pituita fauces stringentem, laborare cognosces, cum guttur accipitris intumescit ex humoribus coactis, oculi spumam remittunt, caput tumidum est, nares nihil redunt. ita sanabis. Herbam nuncupatam phryarium contusam miscbis cum vino vetere, & in sparsam carnem suillam feruefactam dabis accipitri. Quidam succum betæ cum melle naribus infundunt. Alij lac muliebri cum succo rutæ naribus immittunt.

Ad pituitam proficiscentem ex dolore capitis.

CVM accipiter curuus manet, & respirare nequit; cum oculis est hebetibus